

XLVII. *Vitolano* (p. 194).

ad n. 2136. Pro *Caulano* lege *Cantano*.

XLVIII. *S. Agata de' Goti* (p. 196).

ad n. 2143a. Pro *Fragiano* lege *Faggiano*.

ad n. 2153. *Bianchini* cod. Ver. (non Vat.) 359.

XLIX. CAVDIVM (p. 198).

ad p. 198. Monuit Kiepertus iam difficultates omnes sublatas esse novis dimensionationibus; scilicet mappae recognitae docuerunt Montesarchium a Benevento distare non m. p. IX, sed m. p. XII, quot intercessisse constat inter Caudium et Beneventum. Itaque Caudium eo ipso loco fuit, ubi est Montesarchio oppidum.

Apud Polybium 3, 91 qui collocantur in Campania mediterranea ad orientem inter Nolam et Campaniam *Δαύνιοι*, omnino *Καυδῖνοι* sunt, ut pridem observavit Holstenius. Nam Calatia, de qua alii cogitarunt, et parva et Capuae proxima hic locum non habet; Caudium vero aliquamdiu caput gentis fuisse inde efficitur, quod ut Samnites Pentri

et Samnites Caraceni, ita *Samnites* quoque *Caudini* fuerunt (Liv. 23, 44, 13. 24, 20, 4) et quod sive ab iis devictis sive a Caudio expugnato Lentulus cos. a. 479 agnomen adsumpsit (v. *röm. Forsch.* vol. 2 p. 295). Campaniae quod Caudinos tribuit Polybius, aliquatenus inde defenditur, quod tam Caudium quam Telesia comprehenduntur tribu non Voltinia Samnitium, sed Falerna Campanorum; ceterum in talibus optimi quique scriptores non raro errant.

Mea causa Dresselius nuper vallem Caudinam denuo peragravit. Frustra quaesivit tituli n. 2167 partem posteriorem, item n. 2169. 2176. 2181.

ad n. 2164. Dressel recognovit. 3 vere est VOLVIT. — 5 et APVI et APVT lapis admittit.

ad n. 2166. Dressel vidit in foro insertam margini viae; iam non superest nisi v. 1 et extremae litterae v. 2.

ad n. 2168. Fragmentum, quo continentur v. 1—5 extremi, vidit Dressel Montesarchii in foro iacens. — 4 III potius quam III.

ad n. 2174. Recognovit Dressel; litterae pulcherrimae sunt et vetustae.

ad n. 2175. Airolae in pariete oratorii corporis Christi vidit Dressel; descripsit sic:

M · SEMPRONIO  
SATVRNINO · AVG  
M · SEMPRONIUS · M  
N////D/MILRII/  
5 P////C////

ad n. 2177. Intellegi vicum Rotondi inter Arpajam et Cervinaram monuit Dressel.

ad n. 2178. Recognovit Dressel. Est in vico S. Martini (a meridie Montesarchii) in muro exteriori hortorum patrum Reformatorum. Emenda sic:

C · CATIO · FELICI  
C · CATIVS · C · F  
SEVERVS ·  
(in muro latet) ET · ALLIDIA urceus  
5 HELPIS  
FILIO · OPTIMO

ad n. 2179. Non Airolae extare, sed inter Buccianum et Boneam monuit Dresselius, qui non vidit.

ad n. 2184. Recognoscens Dresselius repperit v. 7 BVS·XV·ORIS·XI.

ad n. 2188. Recognovit Dressel. Est basis marmorea extans Airolae in domo Falco. Emenda sic:

D · M  
SEX · POMPEIO  
ALCIMO · FRATRI  
ET · SEX · POMPEIO  
urceus 5 DOMIT<sup>o</sup> · FILIO (in muro latet)  
ET · BELLEIAE · RESTI  
TVTAE · VXORI  
SEX · POMPEIVS  
DOMITVS sic

6293 Montesarchii in foro magno in vestibulo aedium quarundam.

POSTVMI · L · S  
SYNEROS · POSTVMI · S  
AVCTVS · TARONI · L · S  
MAG · LARIB

Dressel descripsit.

6294 Varoni prope Montesarchio in via Pini in poste aedium quarundam.

D A · VIBBIO · FELI M S  
CI · Q · V · A · XX M  
VIBBIA · PRO  
CVLA · FRATRI  
5 b m F

Descripsit Dressel.